

streutes Vorkommen hat, in Oesterreich-Ungarn jedoch geradezu den seltenen Arten beizuzählen ist. So fehlt sie in Cisleithanien meines Erinnerns gänzlich und nur in der östlichen Reichshälfte ist sie in verschiedenen Gegenden, jedoch nur an sehr zerstreuten Standorten verzeichnet. So fehlt meines Wissens bisher irgend eine gesicherte Angabe aus dem eigentlichen Ungarn (Lugos, woselbst sie Heuffel angiebt, ist im Banat) und aus diesem Grunde scheint es mir bemerkenswerth genug, einen sicheren Standort dieser *Gagea* in Ober-Ungarn nachweisen zu können. Derselbe findet sich bei Altsohl im Sohler Comitate, woselbst ich die Pflanze an buschigen Wegrändern am Berge Pustihrad auf Trachyt bei 300 m. Seehöhe am 18. April 1870 fand, irriger Weise jedoch für *G. pusilla* ansah und unter diesem Namen publicirte [Verh. Zool. Botan. Gesellschaft in Wien, XXII (1872) p. 352]. Indem ich die Bestimmung nunmehr berichtige, glaube ich, dass *G. spathacea* in Oberungarn auch anderwärts wird aufgefunden werden, sobald man nach ihr sucht.

(Fortsetzung folgt.)

Revisio Lichenum Eschweilerianorum,

auctore

Dr. J. Müller (Müll. Arg.).

(Continuabitur.)

28. *Pertusaria communis* v. *carneola* Eschw. Bras. p. 118 sit *Pertusaria carneola* Müll. Arg.; thallus carneo-fuscescens, subtenuis, rugoso-areolatus v. rugoso-subgranulosus, linea nigra limitatus; verrucae $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$ mm. latae (v. duplices et triplices majores), valde nano-hemisphaericae, subtruncato-obtusae, ambitu gibboso-irregulares et basi sensim in thallum abeuntes, 1-nucleatae, punctiformi-uniostiolatae; ostiolum nigrescens, non emergens nec impressum; sporae in ascis duae, superpositae, circ. 85 μ longae et 32 μ latae; endosporium laeve. — Affinis *P. pustulatae* et *P. melaleucaae*, sed color thalli alius, verrucae (simplices) monocarpicae et ostiola punctiformia. Habitu et colore partium dein nonnihil etiam ad *P. Quassiæ* (fid. orig.) accedit, sed verrucae superne non crasso-verrucigerae, ostiola parvula et sporae in ascis regulariter binae sunt. — Corticola prope Para.

29. *Pertusaria communis* v. *granulata* Eschw. Bras. p. 115 nunc erit *Pertusaria granulata* Müll. Arg.; thallus e lurido olivaceo-flavescens, sat tenuis, crebre granularis et hinc inde diffracto-rimosus; verrucae $\frac{3}{4}$ mm. latae (v. duplices et triplices intermixtae majores), depresso-hemisphaericae, obtusae, undique et ambitu gibboso-inaequales, uniostiolatae; ostiolum mamillari-prominens, albido-discolor, in centro nigrescens; sporae in ascis (4-)6—8-nae, inferiores 2-seriales, 50—58 μ longae et 22—27 μ latae; endosporium laeve. — Similis *P. carneolae* quidem sed thalli colore, ostioliis et sporis longe ab ea diversa est. A proxima *P. texana* praesertim characteribus ostiolorum differt. — A cl. Nyland. in Prodr. Nov. Gran. p. 36 erronee a *P. albidella* vix diversa declaratur. — Corticola prope Para in consortio *P. carneolae*.

30. *Pertusaria communis* v. *multipunctata* Eschw. Bras. p. 119 eadem est ac *Pertusaria commutata* Müll. Arg. L. B. n. 706, thallo satis cum *P. multipunctata*, apotheciis autem cum *P. velata* quadrans. — Lamina in specim. orig. Eschw. hinc inde sporigera occurrit: sporae in ascis solitariae. — Corticola prope Bahiam.

31. *Pertusaria communis* v. *orbiculata* Eschw. Bras. p. 119, excl. syn., est species distincta, forte affinis *P. commutatae*, disco carneo, margine sublacero, thallo ad illum *P. coccodis* accedente, sed lamina sporis destituta est et species dein haud rite definienda.

Obs. In eodem specimine, prope Caytété in prov. Bahia lecto, etiam fertilis et bene evoluta occurrit *Pertusaria leioplacella* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 32.

32. *Parmelia subfusca* v. *allophana* Eschw. Bras. p. 185 est recte *Lecanora subfusca* v. *allophana* Ach. Lich. Univers. p. 375, inter *Lecideam russulam* prope Bahiam.

33. *Parmelia varia* v. *cinereo-carnea* Eschw. Bras. p. 187 ex specim. orig. est ille Lichen in tropicis vulgatissimus qui solemniter ab ipso Nyland. et ab aliis et a me ipso pro *Lecanora subfusca* v. *chlarona* harum regionum sumtus et dein in Flora 1876 p. 508 a cl. Nyland. pro distincta specie sub *Lecanora chlaroterode* descriptus fuit. Eundem cl. Tuckerman in C. Wrightii Lich. Cub. n. 118 sub accurato nomine *L. subfusca* v. *cinereo-carnea* Tuck. edidit, memoratis synonymis rite editis, quod nomen ergo jure permaneat. — Sporae 9—14 μ longae et 5—6 μ latae sunt. — Corticola prope Bahiam et fere undique in regionibus calidioribus.

34. **Parmelia varia** v. **pallido-cerina** Eschw. Bras. p. 188, excl. syn. Féeana, species distincta est cui nomen **Lecanora flavido-fulva** Müll. Arg. conveniat: thallus flavus, tenuis, margine effusus, continuus, minute granulosus; apothecia $\frac{3}{10}$ — $\frac{5}{10}$ mm. lata, sessilia, tenuia, deplanata, concaviuscula aut plana, pallide fusco-fulva, nuda, margine tenuissimo crebre crenulato dein fere evanescente cincta; lamina tota cum hypothecio hyalina; paraphyses conglutinatae; sporae in ascis octonae, cylindrico-obovoideae, rectae, 8—9 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 μ latae. — Prope *L. symmictam* Ach. et *L. conizaeam* Nyl. locanda. Icon Féeana a cel. Eschw. citata disco flavo et margine multo crassiori differt. E descriptione Eschweilleriana l. c. insuper excipienda sunt quae de thallo nunc albido et apotheciis turgidis inmarginatis adferuntur. — Ad corticem *Rhizophorae* prope Bahiam.

35. **Parmelia laevigata** v. **bifida** Eschw. Bras. p. 201, quoad specimina sterilia allata, est **Parmelia perforata** v. **dissecta** Müll. Arg: thalli laciniae dimorphae, aliae majores var. *cetratam* simulantes, aliae minores, caespitoso-confertae, magis adscendentes, margine copiose in lacinulas $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ mm. latas integras, emarginatas, bifidas aut palmatim divisas dissectae, subtus interdum margine pallidiores, caeterum nigrae; apothecia ignota.

Altera pars *Parmeliae laevigatae* v. *bifidae* Eschw. l. c., fertilis, quam pro descriptione sua coram habuit cl. Eschw., est (fide specim. orig.) vulgatissima **Physcia speciosa** v. **hypoleuca** Nyl. et **Physcia speciosa** v. **sorediifera** Müll. Arg.

Ambae inter Muscos et rhizomata Filicum in provincia Minas Geraes.

36. **Lecidea bimarginata** Eschw. Bras. p. 242 est **Platygrapha bimarginata** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 569 obs. 2. Characteribus notis addendum: Thallus rufescenti-albidus, margine effusus, laevis, demum rugulosus; gonia chroolepoidea; apothecia orbicularia, $\frac{2}{3}$ — $\frac{5}{6}$ mm. lata, vel magis tortuoso-irregularia, demum subduplo majora, ex emergente sessilia, basi constricta; discus planus, cervino-fuscus, junior griseo-pruinosis, margine valido pallidior cervino et integro paullo superatus v. demum eam aequans et hinc inde linea obscuriore zeorino-nigra cinctus, intus rufo-fuscidulus; sporae in ascis suboctonae, circ. 32—38 μ longae et $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$ μ

latae, 5—7-septatae, fusiformes, leviter incurvae. — Apothecia non sunt atra. — Affinitas a cl. Nyland. male indicatur: a *Platygrapha undulata* longius differt et juxta *Platygrapham leucopsaram* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 94 (Lindig n. 2887, in quo specimine sporae 5-septatae, nec 3-septatae) locanda est cui multum accedit. — Corticola ad Villam do Rio das Contas.

37. *Lecidea ferruginea* v. *russula* Eschw. Bras. p. 244, s. *Lecidea coccinea* Eschw. in Mart. Icon. sel. t. 10. fig. V, est recte *Lecidea russula* Ach. Meth. p. 61. — Corticola prope Bahiam.

38. *Lecidea punctata* Eschw. Bras. p. 246 formas duas continet:

a. *Buelliam parasema* v. *disciformem* Th. Fries Scand. p. 590, prope Bahiam, ad Caytété et ad Villam do Rio das Contas lectam, et

b. *Buelliam parasema* v. *vulgatam* Th. Fries Scand. p. 590, prope Bahiam lectam.

39. *Lecidea punctata* v. *convexa* Eschw. Bras. p. 247, est *Buellia parasema* v. *subaeruginascens* Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. p. 8. Apothecia mox nigra evadunt. — Corticola prope Bahiam.

40. *Lecidea punctiformis* v. *rosea* Eschw. Bras. p. 249, a sua *Lecidea punctata* v. *punctiformi*, l. c., sc. a *Buellia punctiformi* Mass., non differt nisi thallo hinc inde (urina simiarum?) purpurascente aut lilacino; thallus normalis ejusdem in iisdem speciminibus est cinerascens v. obscure cinereus. — Corticola prope Para.

41. *Lecidea subuletorum* v. *brasilienis* Eschw. Bras. p. 249, est *Lecidea Piperis* Spreng. v. *melanocarpa* Müll. Arg., apothecia ab origine nigra v. subnigra. — Sporae quidem non occurrunt in specim. orig., sed thallus fuscescens, hypothecium crassum rufo-fuscum, adjuncta forma apotheciorum, speciem in America calidiore vulgarem satis indicant. Inter specimina normalia caeterum hinc inde apothecia nigrescentia aut varie obscura occurrunt et affinitatem demonstrant. — Corticola prope Para.

42. *Lecidea vinosa* Eschw. Bras. p. 251, est status normalis ipsissimae *Lecideae Piperis* Spreng. Act. holm. 1820 p. 467. — Corticola prope Bahiam.

43. *Lecidea vernalis* v. *varians* Eschw. Bras. p. 253 (exclus. synonym.), distincta species est, proxima *Patellariae fusco-rubellae* et *P. spadiceae*, sit *Patellaria* (s. *Racidia*) *phaeoloma* Müll. Arg., thallus cinereo-virescens v. demum; argillaceo-virens, tenuis, laevis, dein ruguloso-subgranulosus et paullo crassior; apothecia evoluta circ. $\frac{1}{2}$ mm. lata (multa tamen immixta minora), sessilia, primum gyalectiformia, crasse marginata, madefacta subtranslucentia, dein planiuscula et tenuiter marginata; discus fusco-rufus v. cupreo-rufus, nudus, demum convexulus; margo semper disco obscurior, vulgo nigrescenti-fuscus v. -rufus, demum subreclinatus; lamina 50—75 μ alta, fulvescenti-hyalina; epithecium et hypothecium hyalino-fulvescentia; paraphyses satis conglutinatae; asci 8-spori; sporae aciculares, 50—70 μ longae, $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae, 7—11-septatae, rectiusculae. — Corticola prope Para, nec non prope Rio de Janeiro: Glaziou, et in insula Cuba: C. Wright n. 220 pr. p.

44. *Patellaria* (s. *Racidia*) *rebelliosa* Müll. Arg. est species distincta prope Bahiam ad cortices lecta, quam inter specimina Martiana valde mixta *Verrucariae aspistee* Eschw. Bras. p. 138 (excl. synonym.) observavi. — Thallus albus, tenuissimus, laevis, linea nigra hypothallina cinctus, demum evanescens; apothecia $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ mm. lata, sessilia, ab origine nigra, crassiuscula, prominenter et tenuiter marginata; discus planus, nudus, demum rugosulus et immarginatus; lamina subhyalina, epithecium et hypothecium nigro-fusca: paraphyses liberae, saepe 2—3-furcatae; sporae in ascis octonae, leviuscule spiraliter contortae, aciculares, 50—62 μ longae, tantum 2 μ latae, 11—15-septatae. — Extus numerosas alias species affines simulat ut *P. pezizoideam* (*Secoligam pezizoideam* Stitzb. Lecid. p. 13), *P. atrosanguineam*, *P. socotrinam*, *P. fratruelem*, *P. endoleucam*, sed ab omnibus differt aut thallo albo, aut apotheciis semper nigris aut colore epithecii et hypothecii aut demum angustie sporarum. — Prope Bahiam corticola.

45. *Lecidea* (s. *Biatora*) *incurvula* Müll. Arg., eadem ac *Parmelia varia* v. *pallidi-cerina* Eschw. Bras. p. 188, quoad plantam „thallo albido, apotheciis minoribus, convexulis immarginatis“ Thallus obsolete flavescenti-albidus v. -cinereus, tenuis, leproso-granulosus, margine effusus: apothecia $\frac{3}{10}$ — $\frac{4}{10}$ mm. lata v. hinc inde $\frac{1}{2}$ mm. lata, sessilia, deplanata, dein convexula, carneo-fuscidula, nuda, sub-

translucentia, praesertim madefacta in centro obscuriora, novella obsolete crenulato-marginata, mox aut jam ab origine immarginata; lamina undique cum hypothecio hyalina aut apice paullo obscurior; paraphyses conglutinatae; sporae in ascis octonae, 10—12 μ longae, 3—4 μ latae, elongato-obovoideae, utrinque obtusae, saepissime modice incurvae. — Habitu ad *L. tenuem* Müll. Arg. (et *L. mutabilem*, ubi sporae longe recedunt) accedit, sed apothecia minora, sporae autem validiores et incurvulae. — Corticola prope Bahianu.

(Continuabitur.)

Literatur.

Dr. W. Zopf: Die Spaltpilze, nach dem neuesten Standpunkte bearbeitet. 2. Auflage 1884. Breslau bei Trewendt.

Der Verfasser rühmt sich mit Recht, dass die erste, 1000 Exemplare starke Auflage dieses Werkes nach wenigen Wochen vergriffen war und dies wohl als ein Zeichen gelten könne, dass die Schrift einem wirklich dringenden Bedürfnisse entgegengekommen sei.

Die Spaltpilz-Forschung, bis in die letzten Jahre von Wenigen und oft nicht vollständig dazu Ausgerüsteten bethätigt, hat nunmehr eine, insbesondere für die menschliche Gesundheit allgemein anerkannte hohe Wichtigkeit erlangt; doch ist es unzweifelhaft, dass wir erst im Beginne stehen, nachdem in der jüngsten Zeit die Technik und Methode der Forschung so grosse Fortschritte aufzuweisen haben. Dadurch wird es allein ermöglicht, dass die für solche Forschungen besonders interessirten Aerzte, die sich bisher nur ganz ausnahmsweise an derlei subtilen Untersuchungen beteiligten, nunmehr verpflichtet sind, auch in dieser Richtung sich aus- und fortzubilden.

Der Verfasser hat am Anfang die Theorie von der Wandelbarkeit der Formen nach dem Substrate bei den Spaltpilzen vertreten, sonach dieselben für abhängig von der Verschiedenheit der Existenzbedingungen erklärt und illustriert dies durch zahlreiche eigene, sehr instructive Abbildungen. Er beginnt mit der Morphologie der Spaltpilze, geht dann zur Physiologie

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: [67](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Revisio lichenum Eschweillerianorum 686-691](#)